Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



in mole obstiterant. Ante colles ego parturiebar. Adhuc
tam non fecerat & flumina. & cardines orbis terre. Quando
Quando circumdabat mare terminum suum. & legem ponebat aqis.
ne transirent fines suos. quando appendebat funda-
menta terre. cum eo eram cuncta componens. Et de-
lectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore.
ludens in orbe terrarum. & deliciae meae esse cum filijs hom-
inum. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam. & estote sapientes. & nolite abicere eam. Beatus
homo qui audit me. qui vigilat ad fores meas cotidie. & observat ad postes ostij mei. Qui me inuenit in
Hic et filij audite me.
uenerit vitam. & hauriet salutem a domino. Sub gratiosis
Requirit in nat dni. In exaltacione sce Crucis Ad Galathas

Fratres. Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu.
Quicumque enim volunt placere in carne hi cogunt vos
circumcidi tantum. ut crucis persecutionem non pati
antur. Neque enim qui circumcidunt legem custodiunt.
sed volunt vos circumcidi. ut in carne vestra glorientur. Mihi autem
absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihu xi. Per quem mihi
mundus crucifixus est & ego mundo. Secundum Johannem
In illo tempore dixit dns ihs turbis iudeorum. Ego si exaltatus
fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat. significans qua morte erat moriturus. Respondit
ei turba. Nos audiuimus ex lege quia xps manet in eternum. & quomodo tu dicis oportere exaltari filium hominis.
Dixit eis ihs. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate
dum lucem habetis. ut non tenebre vos comprehendant.
Et qui ambulat in tenebris. nescit quo uadat. Dum

Ipperabat celos addim. quando certa lege et gyro
cingebat abyssos. quando etheria firmabat sursum. et librabat fontes
aquarum.